



DISPUTATIONUM LOGICARUM

QUARTA.

De

PRÆDICAMENTIS

IN GENERE, ET IN SPECIE

DE PRÆDICAMENTO

SUBSTANTIÆ.

Quam

Adspirante Divini Numinis Gratia

In illustri Leucoride

SUB PRÆSIDIO

M. HIERONYMI VV EIXEL-  
BERGERI Welsensis Austrij.

Suis Humanis, ac Doctiss. Dominis Collegis  
examinandam proponit

CONRADUS DIKIUS

Æglæ-Saxo.

Ad diem 15. Iulij, horis à 6. Matutinis.

VVITTEBERGÆ,

Ex Officinâ Typographicâ Johannis Gormanni.

ANNO c<sup>o</sup> l<sup>o</sup> c<sup>o</sup> XV.



# VIRIS

*Reverendis, pietate, virtute & eruditione  
praestantissimis Dominis,*

**Dn. IOHANNI STEURVALDO,**  
Pastori D. Nicolai in Neapoli Quedlinbur-  
gensium primario.

**Dn. IOHANNI PÜNGERO,**  
Pastori Aeglesium vigilantissimo.

**Dn. IOHANNI BERNDESIO,**  
Pastori in Wesser Egeln dignissimo.

*Amicis, Favitoribus & Promotoribus suis plu-  
rimum colendis,*

Primitias haec Academicas,

**KOEN. FRIED.  
UNIVERS.  
ZU HALLE**

*In debita pietatis symbolum,  
Reverentiae signum,  
Studiorumq. testimonium.*

Submissè offert, dicat &  
consecrat

**CONRADUS DIKIUS**  
*Autor & Respondens.*



## Theorema I.

DE DEFINITIONE PRÆ-  
DICAMENTORUM.

**P**rædicamenta, cum Dn Pbiippo Melanch. de-  
finio hoc modo: Ordo generum & specierum  
sub uno genere generalissimo quod aut sub-  
stantiam aut accidens aliquod significat. *lib. 1.*  
*Dial. pag. mibi 22.*

Ἐξήγησις.

**D**octrinam † hanc Aristoteles voca-  
bulo κατηγορίας inscripsit à vocabulo κατη-  
γορεῖν quod significat Accusare, quod fieri solet apud  
judices, cui opponitur ἀπολέγεσθαι sive defendere, vi-  
deatur Clariss. Dn. Jac. Martin, in Institut. Log.  
pag. 112. Cap. Bartholin. in Enchirid. Log.  
pag. 110.

Quemadmodum † autem vocula hæc (κατηγορεῖν) primario ac  
proprie significat accusare; secundario in genere aliquid de aliquo enarra-  
re, dicere & predicare, eò quod in omni accusatione aliquid de aliquo di-  
catur: Ita † quoq; κατηγορίας vocabulum primo & speciatim signifi-  
cat accusationem, 2. & generatim prædicationem, 3. hujus loci neg, accu-  
sationis neg, proprie prædicationis significatum habet, sed classẽ ex qua ge-  
nera & species, subjecta & prædicata, ex quẽs prædicationes consciun-  
tur, desumuntur. Vocantur † quoq; prædicamenta alio nomine summa  
genera sive 10. rerum principia: Differunt autem à sex transcendentibus,  
quia hæc exprimunt modum essendi, qui sequitur generaliter omne ens:  
Ista autem decem exprimunt modum essendi specialium entium. Sunt †  
autem Categoria nihil aliud, inquit Hildenius super ca. 4. §. 1. Categ.  
quam vocabula nuda rem unam, unam mentis notionem significantia.

A 2

Dum

1.  
2.  
3.  
4.  
5.



6. Dum † igitur in descriptione posuimus, prædicamenta esse ordinem  
7. generum & specierum, manifestè innuitur prædicamenta esse notiones  
8. non primas sed secundas: Si † enim genus & species sunt notiones se-  
cundæ, ut & ordo generum & specierum erit noëma secundum siquidem  
hic ordo vel series per genus & speciem tanquam per certos perscitur gradus.

9. Idem † probat quoq; Casp. Bartholin. d. l. pag. 118. Materiale  
inquirens, in prædicamentis sunt res ipsæ: Formale est quod considerentur  
10. ut genera & species &c. id est, ut entia dicibilia & secundum sub & supra  
ordinabilia. Hisce † igitur prælibatis, palam videre est non faciendum  
esse cum Zabarella, Crellio & alijs contendentibus in prædicamentis primas  
saltem proponi notiones nec ullam in libro Categ. esse operationem Logicam  
11. sed præhædium quasi quoddam. Verum † accuratè distinguendum est  
inter substantiam, que est res ipsa, sive notio prima & prædicamentum  
12. substantiæ, que est notio secunda; Item inter Quantitatem & quanti-  
tatis prædicamentum; prius namq; ad disciplinam realem Metaphysi-  
cam scilicet, posterius verò ad instrumentalem Logicam pertinet. Meta-  
13. phisicus † enim, inquit Georgius Horstius in sit. Log. cap. 8. quæst.  
1. agit de prædicamentis solius cognitionis gratia; At Logicus minimè,  
quia præter cognitionem respicit quoq; operationem, nimirum ut opus suum  
14. (secundæ notiones pura) in ipsis rebus producere queat: Quis † igitur  
Categoriarum doctrinam ullâ ratione ex agro Logico exterminabit?

15. Dispersitur † autem ab Interpretibus hic ille tractatus in tres quasi  
classes, quarum 1. ostendit quænam ad prædicamenta pertineant, quæq; re-  
moveantur, & vocantur Antepædicamenta. 2. Prædicamenta ipsa ex-  
plicat. Tertia deniq; classis voces ambiguas, quarum in tota hac arte usus  
maximè est necessarius, distinguit, & vocantur Post-prædicamenta.  
16. De † prioribus præcedenti, de posterioribus, in subsequenti, de medijs vi-  
17. delicet de ipsis Categoriis & quidem de substantia sola in hac συζητησι  
sumus acturi.

Vsus † prædicamentorum potissimum est Triplex: I. Ut totam rerum,  
ejusq; convenientiam & distinctionem tanquam in tabellâ ob oculos ponant,  
ut innuit Dn. Philip. pag. 23. quo facilius intellectus noster rem quamli-  
bet distinctè possit comprehendere. II. Ut † cognoscatur quæ res sunt desi-  
gnationum & divisionum capaces. III. Ut † ex prædicamentali dispositio-  
ne persciciatur, qui termini apti nati sint subjici, qui verò prædicari. Phi-  
lip. d. l. Casp. Bartholin. pag. 120. Zabarell. in tabulis Logic.

THEO.



THEOREMA II.  
DE NUMERO PRÆDI-  
CAMENTORUM.

Prædicamenta, seu series ejusmodi 10. à Philosopho recensentur, Prædicamentum 1. Substantiæ, 2. Quantitatis, 3. Relationis, 4. Qualitatis, 5. Actionis, 6. Passionis, 7. Quando, 8. Ubi, 9. Situs, 10. Habitus. *lib. Categor. cap. 4. §. 1. 1. post Analyt. 22. §. 6. & 14. 1. Topic. 9. §. 2. & alibi locorum.*

Εξήγησις.

Oriuntur † prædicamenta ex rebus 1. quæ per se subsistunt, & notionibus substantiæ secundis, ut Prædicamentum substantiæ. 2. Ex rebus † quæ insunt & notionibus secundis etiam substantiæ, ut Prædicamenta Accidentium.

Accidentia † autem novem enumerantur, de quibus vide Clariss. Dn. Jac. Marr. lib. 2. Exerc. Metaph. 7. theorem. 2. pag. 892. & seqq. Unde † Categoriarum numerus ad denarium venit calculum, quibus summis generibus Aristoteles omnia ea, quæ in tota rerum universitate inveniuntur, & de quibus notionem secundam enunciari possunt, inclusit, sed diversimode, alia quidem directè; alia Collateraliter; alia reductivè; alia analogicè.

1. Directè † sive secundum sub & supra in linea prædicamentali rectè collocantur genera & species entia realia positiva, simplicia, finita, universalia, univoca, completum seu totum, & unâ certâ ac distinctâ voce significata: videatur V. Verenberg. exerc. Log. 5. theor. 25.

Ex † quibus palam est à prædicamentis excludi, Deus ipse, quod egregius ille Logicus Johan. Regius lib. 1. probl. 3. pag. 346. firmissimè argumentis demonstrat. Equivoca quatenus talia; impossibilia; puræ privationes & negationes, intentiones secundæ; Transcendentia qualia sunt termini metaphysici generales, juxta vulgares illos versucyos Marmelij, qui anno vulgato 1513, edidit Isagogen in prædicamentis non indoctam:

A 3

Com-



Complexum, conſignificans, fictum, polyſemon,  
Vox logica, Deus, excedens, privatio, parsq;  
Hæc ſtudioſè Categorijs non accipiuntur.

7. II. Collateraliter † ſeu Indirectè quæ ſecundum lineam transverſam & collateralè in ſerie prædicamentali continentur, quales ſunt differentie & his abſentibus earum locum quæ ſupplent, propria & accidentia.

8. III. Reductive † quæ non per ſe ſed mediante alijs ad prædicamentorum claſſem reducuntur, partes idcirco tantum reductive ſunt in prædicamentis, cum non ſint completa entia unde nec deſiniri, nec dividi poſſunt perfectè, ſed tantum ratione ſuorum totorum; non putet igitur quiſpiam hominis manum, pedem, caput &c. eſſe in prædicamento; niſi quatenus ad ſua tota reducuntur, id eſt. ab ijs pendens & ad ea referuntur. conſule Jac. Mart. lib. 1. Inſtit. c. 4. canon. ult.

9. IV. Analogicè † tandem ad prædicamenta pertinent, quæ ob quandam cognitionem & ſimilitudinem, quam cum ijs, quæ directè in prædicamentis ſunt, obtinent, ad eaſdem referuntur entia intentionalia, quippe, quæ per entia realia, quibus tribuntur, referuntur ad prædicamenta. Vide M. Egid. Strauchium, diſp. 4. Log. (habita 608.) th. . 7.

10. Manet † igitur quod in frontiſpicio exegeſis hujus theoromatis poſitum eſt, nimirum, Omne ens vel eſſe ſubſtantiam; vel in ſubſtantia tantum in ſubjecto ut Accidentis. Et hoc † contingit vel intrinſecè aut

11. ratione materiæ ut Quantitas, aut formæ, ut qualitas, aut Totius, ut Relatio. Vel † extrinſecè, iterum vel ratione formæ, unde Actio, vel materiæ, unde Paſſio, vel partium integralium cum reſpectu ad totum, & oritur Situs vel circumſtanter, ut Quando, Ubi, vel deniq; adjacenter ut Habitus. Quibus † itaq; præmiſiſ, accingimus nos ad ipſam tractationem prædicamenti ſubſtantie.

13.

### THEOREMA III. DE PRÆDICAMENTO SUBSTANTIÆ.

Prædicamentum ſubſtantie, eſt ordo ſive ſeries omnium creaturarum ſubſtantiarum per genera & ſpecies conſtitutus. M. Martin. Titius diſput. Log. 6. th. 14,

Subſtan-



Substantia est ens, quod habet proprium,  
esse, hoc est, quod per se subsistit, nec est in alio ut  
subjecto, sed sustinet accidentia.

Ἐξήγησις.

Prædicamento † substantiæ, merito tanquam basi reliquorum,  
primum sedile debetur 1. Quia † cognitio hujus plurimum facit ad meli-  
orem cognitionem insequentium categoriarum, quæ mera sunt accidentia.  
Sicut † enim accedens sine ipsâ substantiâ cognoscere haut possum: Sic neq;  
plene ac planè categorias accidentium scire potero, quin prius intellexerim  
substantiam in qua fundantur eadem. 2. Clarius † in hac serie di-  
spositio est per genus, speciem & differentiam, ac in reliquis, in quæ eadem  
obscurior aliquanto conspicitur.

Philosophus † autem in organo suo nuppiam definivit prædicamentum  
substantiæ, sed statim divisit eujus Calp. Barholin. cap. 15. pag. 122.  
affert rationes; 1. quia in logicis confusa ejus est tractatio; 2. nomen  
ipsum penè satis explicat quid sit; 3. essentialiter definiri non potest, ge-  
nus enim univocum non reperitur.

Melioris † autem cognitionis ergò apponitur altera definitio, quæ pro-  
priè ad metaphysicam spectat, siquidem non possum mihi imaginari quid sit  
substantiæ prædicamentum, nisi aliqualis mihi detur descriptio, quod ipsum  
realis disciplina præstat, quâ rem ipsam, licet confuse & imperfectè, percipere  
possum. Prior † igitur descriptio directè respicit prædicamentum sub-  
stantiæ, quæ formaliter prædicamentum substantiæ exprimit, semper  
enim puto distinguendum esse 1. inter materiale & formale substan-  
tiæ, prius ad metaphysicam, posterius ad logicam spectat: 2. Inter Sub-  
stantiam ipsam & prædicamentum substantiæ inter Qualitatem & prædi-  
camentum Qualitatis &c. Sed † objiciet aliquis: Omne propriè  
Logicum est intentionale, & quicquid in Logicis docetur merè est de notio-  
nibus secundis.

Atqui prædicamenta non sunt nisi de rebus ipsis: notiones videlicet  
primæ, Substantia enim corpus, equus, quantitas &c. sunt nomina primæ  
intentionis.

E. Prædicamenta non sunt pars essentialis Logicæ & per conse-  
quens non sunt notiones secundæ.

Verum † petitionem principij minori inesse, quis non videt? quod enim  
dicit, prædicamenta esse de rebus ipsis id vel objectivè intelligitur, vel forma-  
liter



10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Si † prius, Res sc. in predicamentis considerari, minorem & nos approbatam esse, non quidem verò pro ut res sunt, hoc enim sibi arrogat Metaph. sed pro ut Logices notionibus substant. & per gradus predicamentales disponantur. Atqui hac ratione conclusio supra posita non procedit.

Sin † verò posterius, ἀπ' αὐτῆς minorem ibo negatam, quod enim obicitur substantiam, corpus, equum, quantitatem &c. esse vocabula primæ intentionis, id quidem suo modo concedo, verum eadem predicamenta esse, id est quod plane inferior, siquidem ἀπ' αὐτῆς hic disciplina realia cum intentionali, Metaphysica cum Logica confunditur.

In † Posteriori descriptione substantiæ, dicitur 1. Substantiam proprium esse habere, quo distinguitur ab accidentibus, quæ non nisi in subiecto subsistere queant. 2. Additur † quod sustineat accidentia hoc modo excluditur Deus ter opt. max. in illam enim nullum cadit accidens: Denotat igitur saltem substantiam creatam, finitam sive dependentem: Fortun. Crellius c. 5.

## THEOREMA IV. DE DIVISIONE SUB- STANTIÆ.

Substantiam ipse Philosophus cap. 5. dividit in primam & secundam; ἡ δὲ πρώτη ἐστὶν ἡ κυριώτατα τε καὶ πρώτως, καὶ μάλιστα λεγόμενη, ἢ μήτε καθ' ἑαυτὴν ἢ ἐν ἄλλῳ ὄντι λέγεται μήτε ἐν ἑαυτῷ ὄντι ἐστὶν. § 1. hoc est, Prima Substantia est, quæ principaliter & primò & maximè substantia dicitur, quæ neq; de subiecto quopiam dicitur, nec in subiecto quopiam est. Et proprie individuum dicitur, ut: Socrates, Plato, Cato, &c.

Δεύτεραι δὲ ἡ δὲ δεύτερα λέγονται, ἐν οἷς εἶδεναι αἱ πρώτως ἡ δὲ λέγόμενα ἑαυτῶν ὄντων, ταῦτά τε καὶ τῶν ἄλλων γένη § 2. Hoc est, Secun-



Secundæ substantiæ dicuntur, in quibus ut speciebus illæ quæ primò substantiæ dicuntur, insunt & hæ (species) & harum (specierum) genera, ut sunt, Homo, Animal.

EXEGESIS.

Substantia † dividitur vel Realiter vel intentionaliter: Realiter petatur ex Metaphysicis & alijs libellis methoicis; hoc loco saltem contenti sumus divisione intentionalis, quæ heretitur in primam & secundam.

Prima † que ita dicitur, non primitate cauſandi, que soli Deo competit; sed primitate subiiciendi & existendi, maxime substantia appellatur, siquidem subjectum est, sicuti accidentium, ut in prima ac singulari substantia inherant, ita secundarum substantiarum ut de hac illa prædicentur inquit Guilielmus Hildenus supra cap. 5. Categ. §. 1.

Rationem † quog, apponit Philosophus ipse talem §. 5. μή εἶσ' ὧν τῶν πρῶτων εἰσὶν εἰ δὲ τῶν τῶν ἄλλων τὴ εἶναι, hoc est, Non existentibus substantijs primis fieri nequit, ut aliorum quippiam sit; Per τὸ ἄλλων enim intelligit substantias secundas.

Ac † etiam si substantiæ secundæ in denominatione non discrepent, tam genus enim quam species vocantur substantiæ secundæ; in gradibus tamen sese offert aliqua differentia: Species namq, magis est secunda substantia quam genus. Aristot. §. 6. quod sic demonstro;

1. Quicquid † rei vicinior est, id potius ejus nomen obinet, quam quod remotius.

At species, primæ substantiæ, que maxime substantia dicitur tum prædicatione tum ὁ πρῶτος vicinior est ac genus.

E. Species magis est substantia quam genus.

Minorem probo hoc Proſyllogismo:

Id † rei vicinior est, per quod, ut notius ac proprius, commodius respondetur de re.

At de prima substantia interrogatus, commodius respondeo per speciem, quam per genus.

E. Species prima substantiæ propior est, ac genus.

11. Quemadmodum † se habet substantia prima ad speciem; ita species ad genus.

Atqui substantia prima, cum speciei & alijs subicitur, maxime substantia dicitur.

B

Ergo

1.

2.

3.

4.

5.



Ergo & species, quia generi subicitur magis substantia dicenda est quam genus.

8. Virg. † Propositio constat ex S. 7. Minor precedit. Prime substantie inquit Philosophus, quia alijs omnibus subiciuntur & reliqua omnia de his predicantur, aut in ipsis sunt, propterea maxime substantie prime dicuntur. Major statim insequitur hinc verbi: Quemadmodum prima substantie ad reliqua affecta sunt, ita species ad genus affecta est, subicitur enim species generi: Genera autem de speciebus predicantur, species vero cum genere non convertuntur, quare & his rationibus magis est substantia species quam genus.

9. Sed † queritur inter Philosophos, qualisnam sit hec divisio in primam & secundam substantiam? num. i. divisio generis in univocas species? quod nego cum M. Martino Titio disp. 6. th. 19. cum Bartholin. pag. 125. specierum siquidem natura ita sese habet, ut una non sit in alia, nec una destructa destruitur & alia. At substantie secundae sunt in primis & destructis ipsis destruantur quoque, secundae ut ibi. preced. ex Philosopho. demonstravi. E. non potest esse divisio generis in suas species.

10. An † vero 2. sit subjecti in accidentia? insciatur Joh Regius pag. 344.

11. An † 3. accidentia in sua accidentia? minime gentium. ibid.

12. Relinquitur † ergo, quod hac divisio substantie in primam & secundam sit distinctio Entis in suos modos sive ut alij loquuntur Analogi in sua analogata, ut, videlicet per primam substantiam individuum ( uti in Theorem. etiam dictum ) quod maxime est substantia & omnium substantiarum universalium fundamentum; per secundam vero genera & species intelligantur: Et prima substantia maxime subicitur & subst., maxime quoque existit, utiq. notio substantie secundum prius & posterius de eadem enunciat. Clar. Dn. Jacob. Mart. lib. 1. Instit. Log. pag. 120. Item in disp. Miscell. 5. th. 17. Joh Reg. probl. 3 pag. 344. Casp. Bartholin. pag. 125. M. Jac. Wernberg. exercit. log. 5. theorem. 29.

13. Quoniam † autem Analogia sit duplex, Proportionis nimirum & Attributionis, queritur non immerito ad utramnam referatur hac divisio substantie? Nos cum Clariss. Dn. nostro Philos. Jac. Mart. statuimus ad Analogiam attributionis referri posse, siquidem analogia attributionis est, quando aliquid alicui primo inest, alteri deinde propter illud, sic substantie secundae sunt propter primas & ab illis dependent. d. l. pag. 38.

Et † quamvis Categoria reliqua tali modo etiam dividi possent, Philosophus.



Philosophus tamen substantiæ tantum divisionem hanc ascribit, qui est ens per se, reliquæ verò beneficio hujus substantiæ scilicet cui adherent.

Objectiones † autem quas contra hanc divisionem solent protrudere, solutæ vide apud Joh. Regium d.l. & alibi.

THEOREMA V.  
DE SUBSTANTIÆ PROPRIETATIBUS.

I.

Proprietates † substantiæ à Philosopho sex recensentur, quarum prima continetur §. 12. his verbis: Κοινὸν κατὰ πᾶσι οἷς ἔστι τὸ μὴ εἶναι ἴσων ἐπιπέδων εἶναι. id est, **Commune est omni substantiæ in subjecto non esse.**

In † subjecto esse quid sit, Philosophus lib. Categ. cap. 2. §. 2. hoc modo describit: In subjecto esse, dico, quod in alio non ut pars illius existens, nunquam tamen subsistere potest separatim ab eo in quo est.

Ex † qua descriptione apparet, solis accidentibus competere in subjecto esse; Ac etiam si secundæ substantiæ sint in primis, non tamen in illis sunt sicuti accidentia in suis subjectis, sed tanquam superiora in inferioribus suis.

Inset † aliquis sanguinem venis; vinum cyatho inesse: Verum quidem est, sed positam proprietatem non bebetat: quippè vinum inest cyatho non ut accidens (non de predicabili, sed de predicamentali sermo est,) subjecto, sed ut contentum in suo continente; Siquidem † non statim sequitur, si hoc vel illud inest huic, ut sit mox in illo, seu accidens in suo subjecto; dantur enim plures modi essendi I N, quam accidentis in subjecto, uti Philosophus 4. Physic. cap. 3. §. 23. eosdem recenset. 1. Ut † pars in suo toto, ut in vulgari versiculo dicitur:

Est quater in Palmo digitus, quater in pede palmus.

2. Ut totum in partibus suis, non enim extra partes est totum v.g. Syllogismus dicitur esse in præmissis & conclusione, tanquam in suis partibus.

3. Ut genus in specie, tanquam pars constitucns, ut: Animal est in homine, Homo in Platone.

B 2

4. Spe-

15.

16.

1.

2.

3.

4.

5.

6.



4. Species in suo genere; potentia non actu.
  5. Vt Forma in materia, quia ex potentia materia educitur.
  6. Vt effectus in sua causa iam conservante, quam efficiente, ut: Pij dicuntur, esse in manu Dei: Deuter. 33. v. 3. Sap. 3. v. 1.
  7. Vt causa agens in suo fine ceu in ipso bono v. c. Tota hominis felicitas est in actione virtutis.
  8. Vt contentum in suo continente; Locatum in loco. v. c. Cuculus in Cantharo, Paulus in Museo.
  9. Accidens in subjecto, ut: Albedo in pariete.
7. Ultimus † autem hic modus inesse proprietati huius primae minime competit. siquidem per semet sunt subjecta & sustinent accidentia, substantia sc. & licet interdum rationem accidentia habeant, accidentia tamen non sunt, inquit Goclen, in Meraph. pag. 157.

## II.

3. Ἐπὶ ἑκάστων τῶν εἰδῶν καὶ τῶν ἀφ' ὧν εἰσὶν, τὸ πᾶν ἐκ συνωνύμων ἀπ' αὐτῶν λέγεται ὁ θεός. *Est hoc est, Est hoc substantiarum & differentiarum, de omnibus univocè prædicari.*

9. Univocè † prædicari dicitur, quando prædicatum est de essentia subjecti, Clarifs. Dn. D. Gravverus in Absurd. Calvin, pag. 70. vel ut Jacob. Wernberg, exerc. Log. 33, inquit, illa univocè dicuntur prædicari, quorum nomen non tantum rectè tribuitur suis subjectis, sed etiam definitio subjectorum suorum est definitio. Sic † homo dicitur univocè prædicari (tanquam secunda substantia non prima: Vt enim primæ in nullo subjecto sunt, sic etiam de nullo dicuntur, sed tantum secundæ, e. g. genera de suis speciebus, species iterum de individuis) de Platone, siquidem non Plato saltem dicitur homo, sed & definitio hominis est quod definitio Platonis.

11. Sed † obijciat aliquis, hanc notam terminis accidentaliter connotativis competere, album enim secundum & nomen & rationem de Platone enunciari, & per consequens συνωνύμως prædicari. Non igitur substantijs tantum synonymicè prædicari convenit.

12. Antecedens † probo, album enim de Platone secundum nomen, ut patet, prædicatur. Quicquid autem secundum nomen de quodam dicitur, id quod secundum rationem dici debet.

Sec.



Sed † respondeo, album de Platone, si nimirum strictè urgeas, cum secundum nomen, cum secundum rationem dicitur, sed saltem denominati-  
ve non univocè vel essentialiter. Philosophus † enim per predicationem  
synonymicam hic non qualemcumq; aut illam quæ equivocè predicationi op-  
posita est intelligit, sed essentialiter univocam, quod profectò in albo, quan-  
do de Petro prædicatur non fit, quippè ut dictum est, πρῶτον ὄντως non ve-  
rò essentialiter prædicatur.

Aliter † verò sese habet, cum secunda substantia vel etiam differentia  
de primis prædicantur, nam ibi revera est prædicatio essentialis non parony-  
mica sive denominativa.

### I I I.

Tertia substantia proprietatis continetur §. 16. τὸ οὐκ ἔστι  
αὐτῶν δὲ τὸ δὲ ἢ οὐκ ἔστι, id est, Omnis substantia vide-  
tur hoc aliquid significare.

Tò † δὲ τῆ. sive, Hoc aliquid, significat rem per se subsistentem, cer-  
tam, definitam & numerò unam, & est nihil aliud quam ipsum individu-  
um, quod per formam est & constituitur, ut Hic homo : Petrus. Jac. Mart.  
disput. domest. §. thes. 10.

De † primis igitur substantiis extra controversiam verum est τὸ δὲ  
ἢ significare, siquidem per se suppositum conficiunt & existunt in natura  
extra notionem mentis, secunde verò substantie sunt universalia, quæ sup-  
positum per se non constituunt, nec extra mentis notionem existant in na-  
tura à singularibus separata.

De † ijs igitur inquit Philosophus eo-  
dem §. si nomina saltem consideramus, animal, homo, unum numerò qui-  
dem videntur significare, sed tamen revera plura significant.

Genera † enim & species multis sunt communia, & saltem tale vel  
quale aliquid, & medianibus singularibus significare aliquid.

At † inquiet quæpiam, qui hoc coheret cum doctrina prædicabilium?  
Nam si secunde substantie quale quid significant, In quale quoq; prædican-  
tur: Cum igitur in quale prædicantur, genera & species esse nequeunt,  
siquidem eadem tantum in quid non verò in quale prædicantur, sed disse-  
rentijs id potius competit.

Verum † responsio in proclivi est, discrimine hoc observato, inter si-  
gnificare, & in prædicari in quale quid, distinguendum esse. Signi-  
ficare † quale quid dicitur id, quod non significat certum suppositum, sepa-  
ratim.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

Instantia.

Responsio.



25.

raturam existens; Prædicari verò in quale quid est, quod significat naturam, cui inest ejusmodi potentia, ut possit contrahere sive determinare naturam indeterminatam.

26.

Indè ¶ igitur in claro est, secundam substantiam significare quidam quale quid, sed in quale quid prædicari minime posse; Non enim quero, quale quid est homo sed simpliciter, quid est homo? Titius disp. 5. ch. 31. Joh. Reg. probl. 3.

IV.

27.

Quarta ¶ substantiæ Proprietas sic se habet; §. 18. Ἦναι ἕνα τῶν ἰσότητος καὶ τὸ ἄνδρ' αἰσῶν ἐναντίον ἐναι. hoc est, Est & hoc quoq; substantiarum, quod illis contrarium sit.

28.

Substantiam ¶ contraria non recipere, de omni tam de prima quam secunda substantia verum est, si essentiam per se spectas, si verò accidentia introspicias nempe qualitates & proprietates contrarietas inter substantias potest intercedere, v. c. aqua & ignis ratione frigoris & caliditatis.

29.

Deinde ¶ intelligatur hæc proprietates de contrarietate propriè dicta, ad quam res hæc conditiones concurrunt.

1. fiat inter qualitates sub eodem genere contrarias. Philoso. cap. 11. Catag. §. 6.

2. Ut utrumq; contrarium sit Ens positivum.

3. Ut subjectum habeant commune, è quo se invicem tollere possunt. Horst pag. 160. Dn. Jac. Marr. pag. 427. in exerc. Meraph.

Talem ergo proprietatem in substantiis non reperiri manifestum est omnibus, sic lupus & ovis non contrariantur sibi, cum non sint qualitates sed disparata.

30.

Relinquitur ¶ ergò, quod, quando dicimus substantiæ aliquid contrariari, illud intelligendum esse de accidentibus, siquidem si cum accidentibus substantiæ sumantur contrariantur sibi invicem; ex. gr. ignis contrariatur aqua per accidentia sibi inherentia. Plura ¶ si desideras videbis apud

31.

Joh. Reg. pag. 307. Wernberg Theorem. 35. Exerc. 5. Scalig. Exerc. 290. sect. 2. item Exerc. 312. pag. 1005. Thom. Sagittar. in Par-nasso rationis disp. 4. quæst. 2. Nicol. Hunn. in disp. quadam Philosoph. de Substantia thesi 20. Andr. Planerum in quæst. Log. pag. 297.

Δοκεί



Δοξεῖ ἢ ἡ σῶτα ὑπὸ Ἰνδὲ χροῖας τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἥϊον. §. 20.  
id est, Videtur substantia non recipere magis & minus.

Contrarietatem ἢ in motu insequitur intensio & remissio, adco ut  
inter Categorias quæcumq; contraria recipiunt, eadem magis ac minus susci-  
pian: Proprietas ἢ igitur hæc non accipiendæ est, quasi una subst-  
antia non magis sit substantia quam altera, siquidem (uti in præcedenti Theo-  
rem: dictum) prima substantia magis substantia est quam secunda, verum  
hoc saltem volumus quod una & eadem substantia, sive quæ ejusmodi est or-  
dinis, neq; seipsa, neq; alia, neq; hoc vel illo tempore magis sit & possit dici  
substantia: Quippe ἢ qui nunc homo est altero d e magis aut minus  
homo erit; nec Aristoteles magis homo quam Plato fuit; sic Goliadus non  
magis homo ac David dicendus, licet fuerit major Davide 1. Reg. 17. v. 4.  
de quibus non hoc loco.

Et ἢ si fortasse gradus substantia tribuatur, v. g. aqua hæc calidior  
illâ; hic homo pulchrior, formosior hoc, tamen id sit ratione accidentiam,  
qualitatum &c. & distinguendum esse puto inter existentiam & essentiam,  
priori modo recipit substantia magis & minus posteriori vero non item:  
It ἢ videre est in mixtione Elementorum, in quâ formæ elementorum reci-  
piunt magis & minus non ratione essentia; sed ratione existentia: In ele-  
mentis enim extra mixtum magis sunt actu, quam in mixto. Videre ἢ  
idem quoq; est in imperfectis animalibus; natura animalis quidem in illis  
eadem est ratione essentia; sed ratione existentia in perfectis magis est actu,  
quam in imperfectis Jac. V. Verenberg. Exerc. Log. 5. th. 36. Daniel,  
Cramerus in org. Aristot.

Sed ἢ solent quoq; tales Sophisticationes protrudere:

Animatum recipit magis & minus.

I. Animatum est substantia.

Ergo quædam substantia recipit magis & minus.

Majorem conantur probare ex Gilberto Porriencino dunt inquit,  
animal esse antmantius plantâ.

Sed ἢ respondeo, Gilbertus hoc neq; vult neq; unquam fortasse cogita-  
vit, substantiam magis & minus suscipere, sed hoc saltem sibi vult, unam  
substantiam habere plures operationes vitales quam hæc vel illa, siquidem a-  
nimal plures habet quam planta, nam operationes quas habet planta habet  
quoq; animal, sed non contrâ, quas habet animal planta habebit.

II. Vna

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

Objectiones

I.

39.

Responsio.



11.

40.

41.

41.

42.

43.

43.

44.

modo alby

45.

46.

47.

48.

II. Vna ¶ substantia est perfectior alia, homo enim multo perfectior est ac canis.

Atqui perfectior substantia magis est substantia quam imperfectior. Ergo recipit magis & minus.

Respondeo ¶ una quidem substantia est perfectior altera, non tamen pro ut substantia est, sed saltem secundum suas praestantiores & nobiliores operationes & differentias specificas, ut e. c. homo nobilioribus donatus & coronatus est à Deo operationibus quam canis: Interim ¶ tamen si homo & canis in substantia conferuntur homo profectio nec animal nec substantia magis est quam canis, quippe qui sunt sub uno genere nimirum animali. Vide Scalig. lib. 4. de caui. L.L. cap. 95. pag. 229. Zabarell. in tab. Log. pag. III.

VI.

Sextam ¶ & ultimam proprietatem substantiae Philosophus describit §. 21. *μὲν δὲ αὐτῶν ἰδιῶν τῆς ὁμοειδούς ἐστὶν τὸ ταυτοῦ καὶ ἐν δευτέρῳ οὐ, τὸ δὲ ἐναντίον ἐστὶν δευτέρῳ. hoc est, Maxime proprium substantiae esse videtur, quod cum unum & idem numero sit, contraria suscipit.*

Substantia ¶ est omnium accidentium subiectum, ita etiam contrariorum, & quamvis substantia alteri non sit contraria, uti quarta proprietates habet, contraria tamen potest suscipere in se. v. c. Pavies potest esse modo niger; anima jam tristitia afficitur jam laetitia &c.

Notandum ¶ verò est, quando inquit Aristoteles, Substantiam suscipere contraria, intelligendum hoc esse non eodem tempore, sed successively vel in sensu diviso non composito sive conjuncto, uti loquitur M. Christoph. Scheiblerus Exerc. Log. 4. axiom. 5.

Postea ¶ etiam notandum, quod hac restrictione intelligenda sit hec proprietates, si scilicet illa contrarietas non insit à natura & contra essentialis proprietates curat: Ignis enim non potest suscipere calorem & frigus, quia est supra naturam ignem esse non calidum. Sic homo nequit esse visibilis & non visibilis.

Quod ¶ autem illud attinet quod Philosophus ipse objicit, nempe Orationem suscipere posse & veritatem & falsitatem: Respondetur ¶ Orationem non suscipere veritatem & falsitatem ut contraria accidentia, sed saltem ut diversos respectus in significando: Verbi causa, hac Oratio; Philosophus



Philosophus sedet, Philoſophus ſurgit, non manet eadem numero: nam eius formale planè aboletur, ſcilicet ſignificatio ſeſionis facta ad illud tempus quo Philoſophus reverà ſedebat. Illud † quoq; deniq; obſervandum venit, quod nimirum Philoſophus per rō doctus, videtur, intelligat ſubſtantias ſecundas, ille enim non per ſe, ſed mediantibus primis ſuſcipiunt contraria. Sed † ne nimis excreſcat diſcutatio, finis eſto.

49

50.

Δ Ω Δ Ε Κ Α Σ  
COROLLARIORUM.

I.

**A**N Philoſophia pugnet cum S. S. Theologia? Minimè gentium.

II. An rectius JoHannes quam Joannes ſcribi debeat? Affirm prius.

III. An DEUS in prædicamento Subſtantia? Nequaquam.

IV. An ſubſtantia incurrat in ſenſus? Et hic negativam tenemus, quod namq; ad ſenſus deſertur accidens eſt, quamobrem ſubſtantia immediate non ſentitur, ſed mediantibus accidentibus: Corpus enim non α π λ ω ς quā corpus ſed quā nigrum, quā album &c. videmus.

V. An copula (EST) ſit enunciationis pars? Neutiquam.

VI. An DEUS ſua potentia factum aliquid reddere poſſit infectum? ἀλογον! Deus enim poteſt omne quod rationem factiſiſi litatis habet, hoc eſt, quod omnem contradictionem & impotentiam excludit inquit Clar. Dn. Jac. Martin. in Exerci. Metaph. pag. 105.

VII. An ſit quædam, propriè dicta, coacta voluntas? Σιδηρόζυλον.

III. An illi, qui diabolicis artibus ſtuporem membris inducunt, ne vel bombardâ, enſe vel haſtâ vulnerari aut ullum dolorem percipere poſſint, fortes ſint habendi? Negativa placet.

IX. An pro ſalute principis ſit bibendum? Neg. Siquidem dum vino ſepulti quaſi jacemus neq; pes, neq; manus; neq; lingua, multo minus mens noſtra ſuo ſungitur officio.

X. An verò inter pocula madidâ amicitia ſit initianda, vulgò Huff Dut? Probet qui vult, nos vitream illam amicitiam approbare non poſſumus neq; volumus, licet aliquando ipſi incautè faciamus!

C


II. An



XI. An Maritus in castigatione uxoris suæ etiam possit ad verbera descendere? Omnino, hac tamen ratione: ut Maritus omnia prius mediâ verbis & re ipsa adhibeat.

XII. An virgo quædam, quæ reum mortis, e. c. forem jam suspendendum, in maritum sibi petit, à pœna capitali possit liberare? 1. Ibo negatum; siquidem 1. Respub. benè constituta & imprimis Christiana non debet tolerare maleficos. 2. Quia hac conditione bipatens porta iisdem aperiretur. & spe veniæ & liberationis amplius peccarent. 3. Penes solum principem est pœnam remittere.

Δόξα θεῷ μὲν καὶ πνευματικῶς δόξα μεγίστη.



S U O

Dn. CONRADO DIKLO

σοφικῶς & consalaneo suavissimo, ᾧ, τῷ

λογικῶς ἠμελῶς ἀγαθῶν.

Ὅτι πρὸ ἀνδρὸς μόχθῳ πικρῶν δόξαι κίβητι,  
μητὲ ἀπὸ σπασθῆς σφίγγος τυγχάνει ἀληθῆς  
τὸν πόνον ὅς φέρει, τέχνας ἢ ἀμφοτέρων.  
Ἀλλὰ τὸ μοχθισμῶ σπασθῆτε καὶ αὖθις ἐλευθερίαι.  
τὸ σὺ εὐνοῶν τέχνας ἴσθι κηρύττει πᾶσι,  
καὶ πᾶσι τὴν λογικὴν σπασθῆτε ἡμῶν πάντων.  
τὸν κενὸν ἔκ τῆς συγχάρατος φέρει ἑταίρους.  
ἐν ταύτῃ σπασθῆτε σπασθῆτε μὴ ληθῆς κακῶς,  
ἀλλὰ δεικτεὺν καὶ ἀπείροχθον ἐμμεταλλῶν  
& μὴ ληθῆς κακῶς, καὶ ἔσθι σπασθῆτε ἀνῆς.

Εὐνοίας καὶ βεβαγοφιλίας  
χρῆσιν faciebat

Johannes Bristbuis  
Wusterbusano. Mar. chicus.

Pellæus.



**E**llæus juvenis Bellona virvida virtus,  
Haut-belli belli totus fervebat amore,  
Vt prima in Fama premeret subsellia templo:  
Ardor habendi alios, vel servior ignibus Æbna,

Sollicitis urget rumari faucibus aurum,  
Vt summa ad laudis cursu meliore vehantur  
Culmina: Quisq; legit propriæ vestigia mentis.  
At, DIKI, Charitum Venerumq; venusta propages,  
Quando tuos Phœbus meliori luminis usu  
Viderat ingenij nervos, sic ora resolvit:  
Idaliæ nemoris sub gratâ nutriat umbrâ  
Te Charis ambrosiis & triplex triga Sororum  
Te lactet scatebris, signet Cœliusq; theatrum:  
Nec tibi fraus facta est mendaci compia colore.  
Primos hinc edis fœtus perniciosus alis  
Ingenij, lustrans Logicam doctissimus artem,  
Quæ velut auriomus Titan, cor nobile cœli  
Præcedit Phœben, reliquas sic anteit artes,  
Quâ sine Thespiadum nemo penetrabilia tingeret:  
Hac Duce fragrantis flores & quicquid amœni  
Arva tenent Sophia præfers melioribus ausis,  
Disseris arguere, catus argumenta resolvis  
Adversa partis, Genij das pignora clara.  
Sed calamum sisto: hac animi conamina grator,  
Perge ita, tenta aliquid Musis & Pallade dignum,  
Cumulans Sopbie thesauro divite fiscum:  
Phœbus, Thespiadum toto applaudente senatu,  
Nectet odoratas laurus & tempora cinget.

Evocato meo apponebam

Johannes Lipsovius  
Sandoâ Saxo.

AD



Ad Ornatissimum & doctissimum.  
Dn. CONRADUM DIKIUM, Re-  
spondentem, amicum meum amicissimum  
in Logicis disputantem.

**O**mnium CONRADE mellitissime,  
Reapse disputare regia est via,  
Quâ res ad arduas venire possumus,  
Et ferre supra terminos vulgi caput,  
Sapientiumq; cœtui sacro inferi.

Calcare qui veretur hanc, deses, viam,  
In avias & impeditas semitas  
In asperasque & lubricas deducitur.  
Hoc lance mentis æquiore ponderans  
Crebras habere disputariunculas  
Gaudes, tibi alma LEVCORIS quod approbat,  
Sic perge habere Disputariunculas,  
Poterisque res ad arduas grassarier.  
Et ferre supra terminos vulgi caput,  
Sapientiumque cœtui sacro inferi,  
O omnium CONRADE mellitissime.

Witeberg. l. m̄q, de proferabam

Andreas Schndichen  
VVoldershusano-Cherulcus.

F I N I S.



Northern lang. Diss., 1613/23

VL 17


ULB Halle

002 673 304


3











DISPUTATIONUM LOGICARUM  
QUARTA. 1615 4  
De  
PRÆDICAMENTIS  
IN GENERE, ET IN SPECIE  
DE PRÆDICAMENTO  
SUBSTANTIÆ. 15/

Quam  
Adspirante Divini Numinis Gratia  
In illustri Leucoride

SVB PRÆSIDIO  
M. HIERONYMI V VEIXEL-  
BERGERI Welfensis Austrij.

Suis Humaniss. ac Doctiss. Dominis Collegis  
examinandam proponit  
CONRADUS DIKIUS  
Æglâ-Saxo.

Ad diem 15. Iulij, horis à 6. Matutinis.

VVITTEBERGÆ,  
Ex Officinâ Typographicâ Johannis Gormanni.  
ANNO cto loc XV.